

Polonia ad res ex usu Reipubl. mari gerendas parere debet, ut tamen vicissim urgente fide publica Diplomatum Regionum et Iurisiurandi Religione Civitati Jus et facultas liberrima prestanda veniat, omnes et singulas Navigationes cum omnibus littoribus maris Terrarum Prusiae regendi, ordinandi et gubernandi, et eadem Navigationes, siquidem nihil ea in re à Consilio et voluntate Regis alienum occurrat, permittendi et inhibendi, tum etiam, ut ipsum illud Jus Regium usurpandi Portus in expediendo aliquo necessario apparatu maritimo non aliter ad usum transferri debeat, quam praevia matura deliberatione cum iis, qui ad publicum Consilium Status pertinent, et aequa Civitatis ratione habita, utpote quae maritima huiusmodi expeditione maxime praeter ceteris afficitur.²⁴ Vid. Privileg. D. Casimiri dat. Gedani Domin. Cantate a. 1455. verbis: *Hov Sar's so darlayjan utix, iud gabau Innuu jacht gadaustau* f. Tractatus Portorii D. Stephani Varsaviae d. 26. Febr. 1508. h. Mari si quid f. ubi reservatum Regium Navigationis sistenda de casibus extraordinariis, quando gravibus de causis, et eo tempore, quo nec anni ratio, nec usitatus Commerciorum status obstat, navigatio aliquando sistenda venit, svadentibus id vicinorum populorum bellis, mutuaq; cum parte alterutra intercedente necessitudine, cui hac ratione maxime consulere, inprimis accipiendum. Vid. Refutationem Discursus dicti Necessarii. Pariter Regi debetur Portorium dar's Pfaff gald, quod ab initio Civitati integrum competebat Schutz Chron. Prus. L. II. fol. 94. etiam ex speciali Privilegio Crucigerorum de a. 1341. vid. Curicke L. II. C. 22. et 30. pr. ubi verba Privilegii refert. Postea vero D. Sigismundi Augusti temporibus Civitas obstricta fuit portorium augere. et dimidiam eius partem Regi

Ab. ad vite

²⁴ Quid Civitas sub R. Sigismundo Augusto ratione speculatorum Regionum commisione sua abutentium permissa fuerit, de eo vid. D. Lengnich Jurist. Joss. Tom. II. p. 330. et 372.